

Tum enim illud cum instrumentis & testimoniis productis, probationibus perfectis, nec non factâ inquisitione in omnes delicti accusati circumstantias juxta prædictum modum actis fideliter inseret. Ubi tamen additur limitatio: quatenus in illo quidem judicio, ubi causa istæ tractatur, agere liceat. Nam interdum judicia quædam in criminalibus limitatam habent jurisdictionem, quam si excedant, tum actus ibidem exercitus habetur pro nullo, etiamsi in protocollo judiciali fuerit descriptus.

## ARTIC. CLXXXVIII.

*Ut adnotet, quomodo ad officium delata sit accusatio.*

Daß der Berichtschreiber / wie die Klag an den Richter kommen / verzeichnen sol.

**S**aber die Klag von Amptswegen herkäme / und nicht von sonderlichen Anklägern geschehe / wie dann die Klag an den Richter kommen / auch was der Beklagte darzu antwortet / und was fürter in allen Stücken / nach laut dieser unser Ordnung deßhalb gehandelt wird / sol / wie oben im andern Fall des Anklägers halben gemeldet ist / beschrieben werden.

## AD ARTIC. CLXXXVIII.

## ARGUMENTUM.

*Aetnarii quoque officium requirit, annotare, quomodo accusatio ad Judicem delata sit.*

## EXEGESIS.

**D**uobus modis in negotiis criminalibus proceditur. I. Per modum inquisitionis; cum judici denunciatur vel in genere vel in specie delictum esse commissum: de quo modo Brunnem. c. 4. per rot. pag. 27. & seqq. de Inquisitionis Processu LEGI POTEST, ubi septendecim causas habet, quibus Judex impelli queat ad instituendum Processum inquisitorium. Et ita Judex ex officio procedit inquirendo

R. III 3

vel